A. D. 1927 CURRENDA Nrus XII

PISMO URZĘDOWE TARNOWSKIEJ KURJI DIECEZJALNEJ

DE APROBATIONE REGULAE TERTII ORDINIS REGULARIS SERAPHICI PATRIS S. FRANCISCI.

PIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI

AD PERPETUAM REI MEMORIAM

Rerum condicio ea erat, in Italia praesertim, sub exitum saeculi duodecimi ali quantoque serius, ut, quamvis universe christiana societas in fide consisteret, homines tamen nimis multi, fluxarum rerum cupiditate distenti vitaeque superbia elati, in omnem morum pravitatem erumperent; atque, elanguescente iam caritate Christi, odia usquequaque foverent et civitates ad intestina bella calamitose impellerent. Nihil igitur optatius tum esse poterat quam ut singularis vir a Deo excitaretur qui, virtutum omnium laude praecellens, et opportuna remedia his malis afferret et populos ad christianos spiritus revocaret. Iamvero nemo ignorat societatis eorum temporum emendandae munus praecipue Francisco Assisiensi divinitus demandatum esse, qui effrenatis vitiis studium opponens christianae humilitatis et paupertatis, mutua omnes caritate coniungere studuit. Itaque cum plurimi undique ad tantum virum confluerent discipuli, in immensum sane succrevit Franciscalium Familia, cum ex sodalibus trium Ordinum quos Franciscus ipse constituit, tum deinceps ex iis tertiariis qui, perfectioris vitae cupidi, communem vitam agentes, *sodales Tertii Ordinis Regularis* nuncupati sunt. Merito igitur hi quoque Seraphici Patris memoriam, septimo exeunte saeculo ab obitu eius sanctissimo, non solum piis supplicationibus sollemnibusque sacris publice habitis, sed etiam actuosioris pietatis propositis laeto animo per hunc annum celebrarunt. Etenim omnes norunt quam diligenter, inde ab instituti sui initio, tertiarii regulares sanctum Francisci spiritum induere contenderint, eundemque in multa religionis et caritatis opera traducere consueverint. Quapropter factum est ut Decessor Noster Leo PP. X, Constitutione data *Inter cetera*, eorum Regulam comprobaret. Atqui, ut in humanis rebus contingit, plura quidem, decursu temporum, quae a Leone PP. X decreta fuerant, vel prorsus obsolevere vel cum quibusdam Codicis iuris canonici praescriptis non omnimo consentiunt. Quamobrem necesse fuit ut illa Leonis X lex ad nostra haec tempora itemque ad recentiora Ecclesiae decreta accommodaretur, ut Tertiarii Reglares, aliaeque multiplices votorum simplicium religiosae familiae quae, cum in suum ipsarum institutum Francisci spiritum induxerint et franciscali nomine utantur, Franciscum Patrem quodam modo habent, novum inde incrementum capientes, alacritate, vel maiore optime de christiana civilique re mereri pergerent. Itaque legis huismodi emendandae munus Sacrae Congregationi negotiis Religiosorum praepositae mandavimus, quae, cum novam *Regulam* franciscali spiritu plenius imbutam et hodierno Ecclesiae iuri congruentem confecisset, eam ipsam Nobis approbandam pro officio subiecit; cuius quidem Legis ea sunt capita quae hic referuntur.

REGULA TERTII ORDINIS REGULARIS SERAPHICI PATRIS S. FRANCISCI

CAPUT I

Summa vitae religiosae

1. Forma vitae Fratrum et Sororum Tertii Ordinis regularis sancti Francisci, haec est: Domini nostri Iesu Christi sanctum Evangelium observare, vivendo in obedientia, catistate et paupertate.

2. Fratres et Sorores, ad imitationem Patris Seraphici, promittunt obedientiam et reverentiam Domino Papae et Ecclesiae Romanae. Tenentur etiam obedire Superioribus suis canonice institutis, in omnibis quae respiciunt finem generalem et specialem proprii Instituti (Ex Reg. I et II Ordinis, cap. I).

CAPUT II

De novitiatu et professione

3. Fratres et Sorores ad hunc Tertium Ordinem recipiendi debent esse fideles catholici, de haeresi non suspecti, in obedientia Romanae Ecclesiae firmi, matrimonio non ligati, debitis expediti, corpore sani, animo prompti, nulla vulgari infamia maculati, cum proximis reconciliati. Et de iis omnibus, antequam recipiantur, ab eo qui recipiendi habet facultatem, sunt diligenter examinandi (Regula III Ord. a Leone X approbata, cap. I), sacris canonibus Constitutionibusque propriis servatis.

4. Annus novitatus debet sub disciplina Magistri hoc habere propositum, ut informetur alumni animus studio regulae et constitutionum, piis meditationibus assiduaque prece, iis perdiscendis quae ad vota et ad virtutes pertinent, exercitationibus opportunis ad vitiorum semina radicitus exstirpanda, ad compescendos animi motus, ad virtutes acquirendas. Conversi praeterea diligenter in christiana doctrina instituantur, speciali collatione ad eos habita semel saltem in hebdomada (can. 565 § 1 et 2).

5. Expleto tempore probationis, qui idonei inveniuntur, ad professionem admittantur.

CAPUT III

De caritate erga Deum et proximum

6. Remotis per tria sacra vota obstaculis, quae sanctimoniam impediunt, Fratres et Sorores contendant legem divinam implere, quae tota pendet in caritate erga Deum et proximum. Caritas est omnium virtutum forma et vinculum perfectionis. Ad mortificanda vitia, ad proficiendum in gratia, ad consequendam virtutum omnium summam, nihil melius, nihil validius caritate.

7. Magnum signum et adiumentum dilectionis in Christum est freqens, imo quotidianus acessus ad SS. Eucharistiam, quae simul est et sacrum convivium et memoria Passionis eius. Sit quoque religiosarum animarum cura Dominum Jesum, sub mirabili mysterio nobiscum manentem, frequenter visitare ac devote venerari: hoc enim maximum est Sacramentum in Ecclesia et fons inexhaustus bonorum omnium.

8. Probatio autem dilectionis in Deum est exercitium caritatis erga proximum; ideo in vero Christi discipulo caritas in proximum maxime eluceat; omnis locutio sit

ordinata, utilis et honesta: ut caritas abundet in opere, necesse est eam in corde prius abundare.

CAPUT IV

De divino officio, oratione et ieiunio

9. Fratres et Sorores, prout propriae Constitutiones ferunt, digne, attente ac devote divinum officium persolvant. Conversi vero et Conversae dicant duodecim *Pater* pro Matutino et Laudibus, pro qualibet alia hora canonica quinque.

10. Quolibet autem die, nisi legitime impediantur, debent Missam audire, et procurare quod habeant pium sacerdotem ab Ordinario loci probatum, qui illis verbum Dei certis diebus proponat et eos ad poenitentiam et virtutes inducat (Reg. III Ord. cit., cap. IV).

11. Debent etiam quolibet die intra se et Deum, cogitare quid fecerint, dixerint et cogitaverint, seu conscientiae examem peragere; de propriis culpis veniam humiliter petere ac emendationis proposita Deo offerre et commendare (Reg. cit., cap. IV).

12. Curent omnes per frequentem Christi Passionis meditationem devotionis fervorem quotidie nutrire et fovere; Seraphicum Patriarcham sequantur et imitentur, ut valeant et ipsi cum S. Paulo exclamare: „Christo confixus sum cruci". „Vivo autem iam non ego: vivit in me Christus". (Gal., II, 19-20).

13. Praeter abstinentias et ieiunia quibus omnes fideles adstringuntur, ea observent quae in propriis Constitutionibus ordinantur, praesertim vigilias solemnitatum Immaculatae Conceptionis et Seraphici P. Francisci.

CAPUT V.

De modo interius exteriusque conversandi

14. Cum Fratres et Sorores huius Fraternitatis dicantur *de Poenitentia*, mortificationis crucem quotidie ferant, sicut vere poenitentibus congruit.

15. Oportet insuper eos ab omni curiositate, tam in vestimentis quam in aliis quibuscumque abstinere. Et iuxta Apostolorum principis beati Petri salubre consilium, depositis ceteris vanis huius saeculi ornamentis, nullum ornamentum corporale portare debent, nisi proprium religiosum habitum (Reg. cit., cap. VI). Tenentur etiam ad clausuram servandam iuxta sacros canones et proprias Constitutiones.

16. Debent quoque esse parci in verbis et locutionibus, quae raro sine peccato multiplicantur. Talis sit Fratrum et Sororum conversatio, ut omnes verbo et exemplo aedificent ac memores sint Dominum dixisse: „Sic luceat lux vestra coram hominibus: ut videant opera vestra bona, et glorificent Patrem vestrum, qui in caelis est" (Matth., V, 16). Pacem annuncient omnibus humili et devota salutatione utentes: et pacem non in ore tantum, sed et in corde semper secum deferant (Reg. cit., cap. VI).

CAPUT VI

De cura infirmorum

17. Si quis Frater vel Soror in infirmitatem ceciderit, nemo sit qui operam suam adiutricem neget; sed Superiorum erit congruum pro infirmo servitium disponere. Ceteros, tali servitio non addictos, infirmum visitare non pigeat, et consolatoriis verbis

confortare. Non tantum infirmis sed et senibus, aut alio modo indigentibus, caritatis officia omnes laeto animo praestent sicut decet seraphici Patris filios.

18. Teneantur potissimum Superiores infirmum vel infirmam monere de infirmitatis poenitentia acceptanda, de vera conversione ad Deum facienda, mortis quoque propinquitatem proponant et iudicii divini districtionem simulque divinam misericordiam (Reg. cit., cap. VII).

19. Postquam aliquis Frater vel Soror ab hac luce migraverit, Superiores curabunt quod eius exsequiae magna cum pietate celebrentur (Reg. cit., cap. IX). Pro anima vero cuiuscumque defuncti statuta suffragia fideliter persolvantur.

CAPUT VII

De labore et modo laborandi

20. Qui Dei servitio, Spiritus Sancti adiuvante gratia, sese manciparunt, otium fugiant, et divinis laudibus, vel religiositatis aut caritatis operibus fideliter et devote incumbant (cf. Reg. II Ord., cap. VII).

21. Religiosi ideo officia sua propter Deum adimpleant, et quidquid ab eis Superiores exquisierint, prout vires ferunt, devote et fideliter, ut dictum est, perficiant. Viliora etiam, si quae facienda sint, ne recusent; imo libentius quam alia peragant, Seraphici Patris vestigia sequentes.

22. Omnia in caritate fiant, et sanctus Dei amor animos religiosorum ad opera perficienda ita impellat, ut nonnisi pro eius gloria et honore operari eos contingat; et Sancti Pauli Apostoli monitum adimpleant: „Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei“ *(I Cor.*, X. 31).

CAPUT VIII

De obligatione servandi quae in Regula continentur

23. Omnia et singula in praesenti Regula contenta sunt consilia ad facilius salvandas animas viatorum, et nulla sunt obligatoria ad peccatum, mortale et veniale, nisi humano vel divino iure aliquis alias esset obligatus (Reg. cit., cap. X).

24. Obligantur tamen Fratres et Sorores facere poenitentias sibi a Superioribus impositas, quando super hoc requiruntur. Obligantur etiam ad tria vota essentialia: ad paupertatem, iuxta terminos propriorum statutorum; ad castitatem, se adstringendo ad servandum caelibatum et insuper novo titulo, id est ipsius voti, ad abstinendum a quocumque actu, tum externo, tum interno castitati opposito; ad obedientiam, assumendo obligationem obediendi mandato legitimi Superioris ad normam propriarum Constitutionum (ef. Reg. cit., cap. X).

25. Omnes tam Fratres quam Sorores ad religiosi status quem professi sunt praescriptum, vitam instituant et componant, atque in primis, quae ad suorum votorum perfectionem pertinent, fideliter observent. Ea praesertim maximi faciant, quae ad Seraphici Patris caritatem et paupertatem sectandas inducunt: filium enim maxime decet Parentis sui et imaginem et virtutes referre.

CONCLUSIO

SANCTI PATRIS FRANCISCI BENEDICTIO

Quicumque haec observaverint, in caelo repleantur benedictione altissimi Patris caelestis, et in terra repleantur benedictione dilecti Filii sui, cum sanctissimo Spiritu

Paraclito et omnibus Virtutibus caelorum et omnibus Sanctis. Et ego Frater Franciscus, parvulus vester et servus, quantumcumque possum, confirmo vobis intus et foris istam sanctissimam benedictionem, quam habeatis cum omnibus Virtutibus caelorum et omnibus Sanctis nunc et in saecula saeculorum. Amen. (Ex Seraphici Patris testamento).

Nos quidem, veterem legem Leonis PP. X prorsus abrogantes, libenter, saeculo a Francisci obitu septimo exeunte, hanc *Regulam Tertii Ordinis Regularis Seraphici Patris S. Francisci* apostolica auctoritate Nostra approbamus et confirmamus; id fore plane confisi ut Tertiarii Regulares, iique omnes qui, etsi vota sollemnia ex instituto non habent, religiosam tamen vitam, duce Francisco, agunt, spiritu novae Legis roborati, quemadmodum egregie scribebat Decessor Noster Benedictus PP. XV, *ceteris sodalibus Tertiariis, qui mundi negotiis curisque impliciti* remaneant, *in christiana perfectione colenda* sint *exemplo, eisque tamquam duces ad sempiternam salutem quaerendam* praeire pergant. [1]

Haec mandamus, decernentes, praesentes Litteras et Statuta in eas inserta atque inclusa, firma, valida atque efficacia semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos spectant aut in posterum spectare poterunt, nunc et pro tempore amplissime suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc et inane fieri, si quidquam secus super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuslibet, etiam speciali atque individua mentione dignis. Volumus autem, ut harum Litterarum exemplis atque excerptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis et sigillo viri in ecclesiastica dignitate constituti munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae haberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, die IV mensis Octobris, in festo Sancti Francisci Assisiensis, anno MDCCCCXXVII, Pontificatus Nostri sexto.

S. Congreg. de Religiosis Praefectus
C. CARD. LAURENTI,

DE SPECIALI MANDATO SS.MI
FR. ANDREAS CARD. FRÜHWIRTH,
S. R. E. Cancellarius

Ioseph Wilpert, *Protonotarius Apostolicus, Decanus*
Dominicus Jorio, *Protonotarius Apostolicus*

L. † S.

Reg. in Canc. Apostolica, vol. XXXVI, n. 87.

Wizytacja kanoniczna w r. 1927

J. E. Najprzew. ks. Biskup Ordynarjusz dokonał wizytacji kanonicznej dekanatu pilzneńskiego według porządku podanego w Kurendzie IV ex 1927.

[1]) Cf. *Acta Apostolicae Sedis*, vol. XIII, p. 131 (N. M.).

Do Sakramentu Bierzmowania przystąpiło: w Dobrkowie 632 osoby; w Jodłowej 1582; w Lubczy 899; w Machowej 366; w Pilźnie 1658; w Przeczycy 136; w Siedliskach-Bogusz 1612; w Straszęcinie 1100; w Źwierniku 323.

Najprzewielebniejszy ks. Biskup Sufragan dokonał wizytacji kanonicznej dekanatu łąckiego według porządku podanego w Kurendzie IV ex 1927.

Do Sakramentu Bierzmowania przystąpiło: w Szczawnicy 682 osóby; w Sromowcach 201; w Krościenku 273; w Grywałdzie 246; w Tylmanowej 559; w Ochotnicy Dolnej 576; w Ochotnicy Górnej 500; w Kamienicy 1436; w Łącku 1825; w Czarnym Potoku 601; w Młyńczyskach 196; w Łukowicy 840; w Przyszowy 1073; w Jazowsku 1207;

oraz dekanatu radłowskiego według porządku podanego w Kurendzie VI ex 1927.

Do Sakramentu Bierzmowania przystąpiło: w Okulicach 577 osób; w Cerekwi 437; w Uściu Solnem 471; w Strzelcach Wielkich 493; w Szczurowy 1025; w Zaborowiu 1066; w Wietrzychowicach 1256; w Zdrochcu 149; w Zabawie 194; w Radłowie 1048; w Bielczy 306; w Borzęcinie 1220.

Krucjata Eucharystyczna młodzieży szkolnej

Obecnie cały Episkopat, duchowieństwo i znaczna część społeczeństwa dąży usilnie do stworzenia potężnej, jednolitej organizacji katolickiej w Polsce. W prywatnych debatach i na publicznych zjazdach stwierdzono bolesny fakt, że organizacja postępuje powoli głównie dlatego, iż wielki brak nam ludzi wewnętrznie, duchowo wyrobionych, którzyby mogli stanąć na czele i innych podtrzymywać oraz prowadzić. To też ostatnie zjazdy katolickie z wielkim naciskiem uwydatniały żądanie, by nie poprzestać na wewnętrznem wyrabianiu starszych, lecz zacząć koniecznie kształtować w duchu katolickim już serca dziecięce.

Do tego w pierwszym rzędzie zmierza tak zw. Krucjata Eucharystyczna. Wzięła sobie bowiem za cel nie tylko według myśli Kościoła szerzyć czestszą Komunję św. wśród młodzieży, lecz systematycznie i planowo wyrabiać duszę dziecka na tle eucharystycznem.

Stara się stosownie do pojęć dziecięcych wszczepić gorącą wprost entuzjastyczną wiarę Tarzycjusza, Agnieszki i tylu innych młodych Męczenników, w dusze młodzieńcze; a przez to usunąć bezmyślność czy roztrzepanie, a wpoić gorącą pobożność w przyjmowaniu i adorowaniu Pana Jezusa w Najśw. Sakramencie.

Kierownicy czy kierowniczki Krucjaty pouczają dzieci o konieczności ofiar z własnego ich serca dla Najsł. Serca Jezusa. Ofiarą będzie zwycięstwo ciekawości w kościele; zwycięstwo nieposłuszeństwa wobec starszych; gniewu, złości wobec równych; kłamstwa wobec innych; rozstrzepania i nieuwagi na lekcjach i t. d.

Jeśli dziecko nauczy się i przyzwyczai zwyciężać samo siebie i to z najszlachetniejszej pobudki dla Serca P. Jezusa, w Najśw. Sakramencie ukrytego, czy można znaleźć coś lepszego i skuteczniejszego do wewnętrznego wyrabiania się?

Krucjata, mając na oku psychologję i upodobania dziecka przybrała na zewnątrz pociągającą formę żołnierską bojową. Ojciec św. jest naczelnym wodzem; kapłani, za-

konnice, świeccy kierownicy czy kierowniczki — to w różnych rangach dowodzący oficerowie; dzieci zaś tworzą grupy, hufce, pułki, dywizje. Organizacja ma swój sztandar, hasła, odznaki, hymny.

Słowem wszystko zdąża do tego, by już dzisiaj wpoić w serca dzieci zapał oraz organizacyjnego ducha i utworzyć z nich teraz małych, a w przyszłości wielkich apostołów i bohaterów katolicyzmu.

To też, obecnie panujący nam Ojciec św., Pius XI, wielką wagę przykłada do tej organizacji i wyraził to słowy: „Widząc, jak to dzieło Krucjaty Eucharystycznej. się rozwija, nasuwa mi się myśl, że Pan Jezus chce przez Eucharystję zbawić młodzież Papieżowi tacy żołnierze są potrzebni, a przedewszystkiem ci najmniejsi, którzy są najserdeczniejszymi przyjaciółmi P. Jezusa i Naszymi...“

Zagranicą Krucjata tak olbrzymie robi postępy, iż widać, że specjalnie opiekuje się nią Opatrzność Boża. Francja, Anglja, Włochy, Belgja, Holandja, Hiszpanja, Węgry, Jugosławia i kraje w Ameryce mają rozwiniętą Krucjatę, a w niej tysiące dzieci nie tylko zbliżone głęboką wiarą i pobożnością do Eucharystycznego P. Jezusa, lecz modlące się o odrodzenie swej ojczyzny i przygotowujące się zawczasu na dzielnych obrońców katolicyzmu.

U nas Krucjata zaczyna się dopiero rozwijać. Kierownictwo jej objęli Jezuici i założyli centralny Sekretarjat w Krakowie, ul. Kopernika 26. Tam wychodzi kwartalnik „Hostja“, organ dla kierowników i kierowniczek, który kierować będzie całą akcją, oraz podawać materjał do nauk w czasie zebrań Krucjaty. Dla dzieci, należących do Krucjaty, wychodzi miesięczne pisemko „Orędowniczek“ w Pniewach, Zakład św. Olafa, Wielkopolska.

Ponieważ Krucjata jest tylko sekcją Apostolstwa Modlitwy dla dzieci, przeto w parafjach, które posiadają Apostolstwo Modlitwy, miejscowy Ks. Dyrektor Apostolstwa ma tem samem władzę założenia Krucjaty; należy tylko o założeniu zawiadomić centralny Sekretarjat w Krakowie, oraz podać liczbę członków.

W innych miejscowościach Naszej diecezji należy się w sprawie erekcji Krucjaty zwrócić do diecezjalnego Dyrektora Apostolstwa Modlitwy albo do ks. Józefa Boka, kierownika Krucjaty Eucharystycznej w Polsce — Kraków, ul. Kopernika 26.

Biuro metryk wojennych we Wiedniu

zawiadamia: Wydział konsularny przy Poselstwie Rzeczypospolitej Polskiej we Wiedniu podaje do wiadomości, że z dniem 1 października b. r. po półrocznej przerwie, rozpocznie swoje czynności Biuro Metryk Wojennych. Zgodnie z pozycją 29 i 33 załącznika do Ogólnej Taryfy Opłat Konsularnych (Dz. Urz. R. P. Nr. 56) pięćdziesiąt sześć (ex 25, poz. 402), obowiązują następujące opłaty za czynności Biura Metryk Wojennych:

1. Za wystawienie metryki lub aktu śmierci — 14 szyl. austr. względnie 18 Zł

2. Przy wystawieniu odpisu karty ewidencyjnej i przy udzielaniu zaświadczeń negatywnych (o ile poszukiwany nie jest notowany w archiwach) 7 szyl. austr. względnie 9 Zł za podanie i 1 szyl. 40 gr wzgl. 1 Zł 80 gr od załącznika.

Kwoty powyższe należy przekazywać do Wydziału Konsularnego Poselstwa R. P. w Wiedniu pod adresem: Wien, III. Rennweg Nr. 1, załączając 1 Złoty na porto, względnie wpłacać do Pocztowej Kasy Oszczędności na konto czekowe Nr. 30/110 z tem, że wpłacona kwota podlega zarachowaniu za dz. III. § 10 budżetu dochodów M. S. Z.

Odpowiednie pokwitowanie należy przesłać wraz z podaniem do Wydziału Konsularnego, załączając 1 Zł na porto.

Jednocześnie wzywa się strony, które już złożyły swe podania do Wydziału Konsularnego do nadesłania opłat, przyczem Wydział Konsularny zaznacza, że wobec nagromadzenia spraw z powodu półrocznej przerwy w pracach Biura, sprawy wydobycia dokumentów Biuro zmuszone będzie załatwiać na razie z pewnem opóźnieniem.

Od opłat są wolne sprawy służące do użytku urzędowego, co powinno być wyraźnie oznaczone w piśmie.

Kier. Wydz. Konsul. *Jan Karczewski,* w. r., Konsul.

Zmiany wśród Duchowieństwa

Odznaczony ks. Stanisław Grzyb, proboszcz w Książnicach, exp. can.

Zamianowani ks. Dr Franciszek Goc, wikarjusz katedralny, notarjuszem Kurji Biskupiej, ks. Jan Kruczek administratorem w Jadownikach; ks. Jan Gawlicki, wikarjusz w Witkowicach, proboszczem w Zalipiu.

Przeniesiony ks. Zygmunt Grodnicki na wikarjusza do Witkowic.

Zmarli:

Ks. Bolesław Gruszczyński, proboszcz w Jadownikach, zmarł 24 listopada w 74 roku życia a 49 kapłaństwa; ks. Andrzej Bartoszewski, emeryt, zmarł 27 listopada w Radymnie, w 59 r. życia a 33 kapłaństwa. S. pr. a.

R. i. p.!

Z KURJI BISKUPIEJ

W Tarnowie, dnia 30 grudnia 1927

† LEON
Biskup

Ks. Roman Sitko
kanclerz

Nakładem Kleru Diecezjalnego — Z Drukarni Zygmunta Jelenia w Tarnowie